



CONPOND  
LÆTUS  
~ ~ ~


ANIMATI


J-15



15







Pomponius Lætus Panalis  
Canonico Patuino.

De  
Instituto Examatorum



J-15

POMPONIUS LAETIUS RANALIO  
CANONICO PATAVINO.

Superioribus annis uolumina quaedam grammatices romanae scripsi: et thomae pontifici dolensi praefecto arcis hadrianae dicaui: diffusum et ab omni usu longe semotum opus: ut uiri auctoritas apud posteros honori: et uigiliae nostrae gratiae habeantur in commodiora tempora distuli. In praesentia poscente te Ranali optime cuius necessitudo non sine beneficiis mihi nota est ex illo immenso labore quae maxime necessaria ad prima rudimenta puerorum uisa sunt collegi: et ut graeci uocant ΕΝΧΕΙΡΙΔΙΟΝ in id quod manu contineri potest redegit ut ex eo ΑΝΑΓΝΩΣΤΗΣ qui sapius legerit et praecipue tenera aetas fructum capiat. Quaedam ex recenti ut uolunt consuetudine permisi ne romana et nunc noua μεθοδος nimirum ut forte existimaret a coris ad haec noua uide propantibus adferret. Nimirum paululum nostri sermonis ordine imutato non multum tamen abhorrens ab his quae in ludis laetariis traduntur libellum diuagari passus sum. Speroque boni consules ubi pueritiae prospexero pro bonitate et integritate praecipitum non parum tecum: o Ranali me laudis habiturum Vale.

Noscere romanae qui uis prinordia linguae:

Huc fuge. polliceor me duce doctus eris.

Prima rudimenta et puerili aetate calores

Ostendo: exiguo peruia facta pedi.

Vnde cito poteris contingere sacra maronis:

Tangere dulciloqui uel ciceronis opus.

**G**RAMMATICÆ est ars necessaria pueris/  
iucūda senibus/et dulcis secretorū comes. Ea  
diuiditur in ptis duas. In sciam recte loquen  
di cū scribēdi rōne: et ī interpretationē poetarū  
cum emendata lectione.

Grāmātica a nrīs īterpretatur litteratura et deducitur a lit  
teris quæ γρᾶμματᾶ græci uocāt et ipsa a linea quæ ē  
γρᾶμμαη nostri a lituris declinant.

Euander/ Carmentæ filius: litterarum formas in palatio pri  
mus ostendit ueteribus atticis similes. Hæque tuere. a. b. c  
d. e. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t. u. postea additæ aliæ . f. k. q. x. z. γ.  
et aspiratio. h. Vocales sunt quinque. a. e. i. o. u.

Diphthōgi sunt quattuor. ac. oe. au. eu. et apud ueteres in  
usu fuit ei græca. Semiuocales septē. f. l. m. n. r. s. x. Eq  
bus duæ cōem syllabam faciūt si positura fuerit. l. et. r. et  
præsertim. r. rarissime. n. idē ualer: ut apud syliū. Non nū  
quam adfirmat teramneis ilion armis.

Mutæ sunt nouē. b. c. d. g. h. k. p. q. t. sed propter græcas uo  
ces admisimus. y. et. z.

#### DE PARTIBVS ORATIONIS.

**G**Rāmātica orōnis ptes sūt sex. Nomē: pronomē: uer  
bū: aduerbiū: cōiūctio: et præpositō. Aristarchus  
et Palæmon noi uocabulū et appellationē subiecerunt.  
Vocabulū est corpus uisu tactuque manifestū ut domus.  
Appellatio est cui uel alterū deficit ut cœlū: uel utrūque:  
ut uirtus uētus. Veteres infinitas res uocabulo finitas  
noi adscribebāt. Prouocabulū quod ē q̄s et q̄ et articulū



ut hic hæc hoc pronomini miscuerūt.

Participia et gerundi a uerbo cuius species sunt: uiri eruditi non selegauere.

Interiectionē adscuerationēque: et adtractionem aduerbiis addiderunt.

## DE NOMINE.

19 Omē est non ut antea duntaxat finitum: sed etiā loco uocabuli infinitum. Finitum significat res proprias ut Romulus Tyberis Roma. Infinitum significat res communis: ut uir fluius urbs.

Nomini adcedunt sex. casus. genus. numerus. qualitas. figura. et ubi necessaria est collatio.

Casus nominum sunt sex. Nominatiuus genitiuus qui et patrius: datiuus accusatiuus uocatiuus ablatiuus qui et latinus.

Genera nominū sunt quinque: Masculinū cui præponitur articulus hic. foemininū cui hæc. neutrum cui hoc. cōmune duum generum cui hic et hæc. cōmune trium generum cui hic hæc hoc. Epicenon in quo sexus uterque: per alterutrum apparet: ut hic passer hæc aquila.

Numeri sūt tres: Singularis ut hic poeta: pluralis siue multitudinis: ut horum poetarum: communis ut poetæ.

Qualitates sunt duæ. Primigenia ut Roma. Declinata ut Romanus.

Figuræ sunt duæ. simplex ut sapiens: cōposita ut insipiēs.

Collatiōis siue comparationis gradus sunt tres. Simplex ut iustus. Medius ut iustior: Sūmus ut iustissimus.

## DE DECLINATIONIBVS:

*a* Declinationes nominū quæ ex ordine quattuor uocalium diuiduntur sunt sex.

Prima declinatio genitiuū numeri singularis finit ac diphthongo in maribus ac foeminis tantum: ut hic poeta: huius poeta: hæc musa: huius musæ. Vetus cōsuetudo semi-græca aliter etiā protulit: ut hæc maia: huius maias. hæc anima: huius animai. Quod indicat hic paterfamilias hic paterfamilia: hic paterfamiliai et hi patrefamiliarū scribente Sisenna: ut adserit. M. Varro.

Nominatiuo numeri singularis. hic Aeneas: genitiuo huius aeneæ: datiuo huic aeneæ: accusatiuo hunc aeneam: uocatiuo o aeneæ: ablatiuo ab hoc aeneæ. Nominatiuo numeri pluralis. Hi aeneæ: genitiuo horū aenearum: datiuo his aeneis: accusatiuo hos aeneas: uocatiuo o aeneæ: ablatio ab his aeneis.

Nominatiuo numeri singularis. hic anchises: genitiuo huius anchisæ: datiuo huic anchisæ: accusatiuo hunc anchisen: uocatiuo o anchise et anchisa: ablatiuo ab hoc anchise et anchisa. Nominatiuo numeri pluralis. hi anchisæ: genitiuo horū anchisarū: datiuo his anchisis: accusatiuo hos anchisas: uocatiuo o anchisæ: ablatiuo ab his anchisis.

Nominatiuo numeri singularis. hic poeta: genitiuo huius poetæ: datiuo huic poetæ: accusatiuo hūc poetam: uocatiuo o poeta: ablatiuo ab hoc poeta. Nominatiuo numeri pluralis. hi poetæ: genitiuo horū poetarū: datiuo his poetis: accusatiuo hos poetas: uocatiuo o poetæ: ablatiuo ab his poetis.

Dandi et auferendi casus in quibusdā fœis aliter pronūcia  
ti sūt: ut deabus: filiabus: natibus: libertabus: equabus: mu  
labus: et adhuc amplior usus uocis: ut cōseruabus: dextra  
bus. Et in pronōibus: eabus: nostrabus: ur̄abus: ut in secū  
do uolumine Papiriani.

Noīatiuo nūeri singularis. hic et hęc aduena: genitiuo hu  
ius aduena: datiuo huic aduena: actō hūc et hęc aduena  
uocatiuo o aduena: ablatiuo ab hoc et ab hac aduena.

Noīatiuo nūeri plu. hi et hęc aduena: gō horū et harū ad  
uenarū: dtō his aduenis: actō hos aduēas: uocatiuo o ad  
uena: ablatiuo ab his aduenis. Et cætera talia. Sūt tamen  
quādā a duobus uerbis declinata colo et gigno equisuo  
cabula in gō multitudinis consuetudo usurpauit aliter  
ut hic et hęc graiugena: cœlicola: horū et harū graiuge  
nū et cœlicolū: graiugenarū et terrigenarum.

## DE SECVNDA DECLINATIONE.

**C** Ecunda declinandi ratio est in mare fœiaque et neu  
trali: cuius patrius nūeri singularis finit. I. ut hic pri  
amus: huius priami. hic Caius: huius cai. hic Orpheus: hu  
ius orphei.

Noīatiuo nūeri sig. hic priamus: gō huius priami: dtō hu  
ic priamo: actō hūc priamū: uocatiuo o priame: ablatiuo  
ab hoc priamo. Ntō nūeri plu. hi priami: gō horū pri  
amorū: dtō his priamis: actō hos priamos: uocatiuo o pri  
ami: ablatiuo ab his priamis.

Noīatiuo nūeri sig. hic orpheus: huius orphei et orpheos

huic orptheo et orphi: hūc orpheū et orpheā: o orptheu:  
ab hoc orptheo. Nominatiuo numeri pluralis. hi orphei:  
horū orptheorum: his orptheis: hos orptheos o orphei: ab  
his orptheis. Virgilius attice pronunciauit: huius Andro  
geo.

Noiatiuo nūeri sing. hoc tēplū: huius tēpli: huic tēplo: hoc  
tēplū: o tēplū: ab hoc tēplo. Nō nūeri plu. hęc templa  
horū tēplorū: his tēplis: hęc tēpla: o tēpla: ab his tēplis.

Noiatiuo nūeri sing. hic puer: huius pueri: huic puero: hūc  
puerū. o puer: ab hoc puero. Noiatio nūeri plu. hi pueri  
horū puerorū: his pueris: hos pueros: o pueri: ab his pue  
ris. Ipsa noiā dupliciē enūciamus: utputa Euādrus et euā  
der: leandrus et leander.

Ipsa etiam nomina finita in us. I. uocali præcedente uocan  
di casum efferunt per. I. ut o cai o tullii o uirgili. Analogia  
cupere uidetur: o tullie: o uirgilie. Consuetudo aliquando  
dixit. o tullius: o uirgilius.

Nominatiuo numeri singularis. Tener tenera tenerum: te  
neri teneræ teneri: tenero teneræ tenero: tenerum tene  
ram tenerum: o tener o tenera o tenerum: ab tenero ab te  
nera ab tenero.

Nominatiuo numeri pluralis. Teneri teneræ tenera: tene  
rorum tenerarum tenerorum: teneris: teneros teneras te  
nera: o teneri o teneræ o tenera: ab teneris.

In quibusdā uocabulis in genitiuo multitudinis consuetudo  
plurēq; analogia ualuit: utputa horū nūmū horū modi.  
Eodē mō quæ sunt numismatū numerique mēsuræque

et ponderis. Et similiter quædam alia: ut horum uirū ho-  
rū fluuiū. Cicero meminit in neutris hoc etiā usitatū esse  
ut horum armū pro armorum. et me meū factum pudet  
pro meorum factorum: dixit Comicus.

Duo neutralia us finita huius declinationis esse uoluere si-  
ne multitudi- ne: ut puta hoc uulgi: huius uulgi. hoc ui-  
rus: huius uiri. Nō numeri pluralis. hi duo hæ duæ  
hæc duo: gō horum duorū harum duarum horū duo-  
rū: dtō his duobus duabus duobus: actō hos duos et duo  
has duas hæc duo: et in mare etiam hos duo: uocatio  
o duo o duæ o duo: Ablatio ab his duobus duabus duo-  
bus: Sic declinamus et ambo.

### DE TERTIA DECLINATIONE.

¶ Tertia declinādi ratio in gō numeri singularis an-  
te. I. finale hēt. E. discretis syllabis ut hic uel hæc  
dies: huius diei. Et in eo casu uetus aliter consuetudo u-  
surpauit quo non solū poetæ: sed oratores et hīstorici sūt  
usi: ut puta huius diei pernicii. aciei: faciei: huius diei: per-  
nicii: acii: facii: huius diei: pernicii: acie: facie.

Noiatio nūeri singularis. hic uel hæc dies: huius diei: hu-  
ic diei: hunc uel hanc diem: o dies: ab hoc uel ab hac die.  
Numeri pluralis. hi dies: horum dierum: his diebus: hos  
dies: o dies: ab his diebus.

### DE QVARTA DECLINATIONE.

¶ Quarta declinādi rō ualde copiosa ē. q̄a maior uo-  
cū pars genitiuū numeri sing. finit is: unde et au-  
ferendi pro scribentis arbitrio mō. I. mō. E. a u

teribus prolatus est: posterius discrimē fecerūt de quo mox dicemus.

Numeri sing. Hoc poema: huius poematis et poematos: huic poemati: hoc poema: o poema: ab hoc poemate. Numeri plu. hæc poemata: horū poematū: his poematis et poematibus: hæc poemata: o poemata: ab his poematis et poematibus.

Nūeri singularis. Hoc sedile: huius sedilis: huic sedili: hoc sedile: o sedile: ab hoc sedili. Numeri plu. hæc sedilia: horū sediliū: his sedilibus: hæc sedilia: o sedilia: ab his sedilibus. Gummi sinapi frugi et cætera talia per omnes casus pari uoce declinantur.

Nūeri sing. hic Cato: huius catonis: huic catoni: hunc catonē: o cato: ab hoc catone. Nūeri plu. hi catones: horū catonū: his catōibus: hos catones: o catones: ab his catōibus.

Nūeri sing. hic et hæc hō: huius hoīs: huic hoī: hūc et hāc hoīem: o homo: ab hoc et ab hac hoīe. Nūeri plu. hi et hæc hoīes: horū et harū hoīum: his hoībus hos et has hoīes: o homines: ab his hominibus.

Nūeri singularis. Hoc lac: huius lactis: huic lacti: hoc lac: o lac: ab hoc lacte. Numeri plu. hæc lactea dixere ueteres ab eo quod erat hoc lacte.

Numeri singularis. Hic hannibal: huius hannibalis: huic hannibali: hunc hannibalem: o hannibal: ab hoc hannibale. Numeri pluralis. hi hannibales: horum hannibalū: his hannibalibus: hos hānibales: o hannibales: ab his hannibalibus. Sic declinātur uigil et consul nisi quod muta-

tur lra: tamē in ablatiuo dicimus ab hoc et ab hac uigili .  
Numeri singularis. Hic pan:huius panos:huic pani:hunc  
pana:o pan:ab hoc pane. Numeri pluralis.Hi panes :  
horum panum:his panibus:hos panas:o panes:ab his pa  
nibus.

Nūeri singu. Hic simoen et simois:huius simoentis:huic si  
moenti:hūc simoēta:o simoen et simois:ab hoc simoēte .  
Numeri pluralis.hi simoentes:horum simoētum:his simo  
entibus:hos simoenras:o simoentes:ab his simoentibus.  
Sic declinatur Anien qui et aliter:ut anio et anienus.

Numeri singularis.Hic delphin:huius delphinis:huic del  
phini:hunc delphina: o delphin:ab hoc delphine.Nume  
ri pluralis.Hi delphines:horum delphinum:his delphini  
bus:hos delphinas:o delphines:ab his delphinibus . Dici  
tur et hic delphinus huius delphini .

Nomina on finita graca sunt cum nostra fiūt remoto .N.  
pronunciantur:ut Cicero usus:consuetudo magis poetas  
uoluit imitari:ut leon leontis:Demophoon demophoon  
tis et in accusandi uoce hūc demophōta et leonta et hos  
demophoontas et leōtas i quibus reliquimus.N.ut plato.

Nūeri singularis. Hoc lacunar:huius lacunaris:huic lacu  
nari:hoc lacunar:o lacunar:ab hoc lacunari.Numeri plu  
ralis.hæc lacunaria:horū lacunariū:his lacunaribus:hæc  
lacunaria:o lacunaria:ab his lacunaribus.

Numeri singularis. Hic pater:huius patris:huic patri:hūc  
patrem:o pater:ab hoc patre. Numeri pluralis. hi patres  
horum patrum: his patribus:hos patres:o patres: ab his

patribus:

Numeri singularis. Hic martyr: huius martyris: huic martyri: hunc martyrem: o martyr: ab hoc martyre. Numeri pluralis. hi martyres: horum martyrum: his martyribus: hos martyres: o martyres: ab his martyribus.

Numeri singularis. Hic et hæc iustior et hoc iustius: huius iustioris: huic iustiori: hunc et hanc iustiorē et hoc iustus: o iustior et o iustius: ab hoc et ab hac et ab hoc iustior et iustiori. Nūeri pluralis. Hi et hæc iustiores et hæc iustiora: horum et harum et horum iustiorum: his iustioribus: hos et has iustiores et hæc iustiora: o iustiores et iustiora: ab his iustioribus.

Numeri singularis. Hoc æquor: huius æquoris: huic æquori: hoc æquor: o æquor: ab hoc æquore. Numeri pluralis. Hæc æquora: horum æquorum: his æquoribus: hæc æquora: o æquora: ab his æquoribus.

Nūeri singularis. hoc marmur. huius marmoris: huic marmori: hoc marmur: o marmur: ab hoc marmore. Numeri pluralis. hæc marmora: horum marmorum: his marmoribus: hæc marmora: o marmora: ab his marmoribus.

Antonius Cimpho nō mutabat. u. in. o. sed pronūciabat marmur marmuris. Ebur eburis. iecur iecuris.

Nūeri singularis. hæc maiestas: huius maiestatis: huic maiestati: hanc maiestare: o maiestas: ab hac maiestate. Numeri pluralis. hæc maiestates: harum maiestatum: his maiestatibus: has maiestates: o maiestates: ab his maiestatibus.



Numeri singu. Hic miles: huius militis: huic militi: hūc mi-  
litē: o miles: ab hoc milite. Nūeri plu. hi milites horū mili-  
tum: his militibus: hos milites: o milites: ab his militibus.

Numeri singularis. hęc Lis: huius litis: huic liti: hanc litem  
o lis: ab hac lite. Numeri pluralis. hęc lites: harum litium  
his litibus: has lites: o lites: ab his litibus.

Numeri singularis. hic et hęc bos: huius bouis: huic boui:  
hunc et hanc bouem: o bos: ab hoc et ab hac boue. Nume-  
ri pluralis. hi et hęc boues. horum et harum bouum: his bu-  
bus: hos et has boues: o boues: ab his bubus. Veteres di-  
xerunt hic et hęc bouis: huius boueris.

Numeri singularis. Hęc uirtus: huius uirtutis: huic uirtuti  
hanc uirtutem: o uirtus: ab hac uirtute. Numeri pluralis  
hęc uirtutes. harum uirtutum: his uirtutibus: has uirtutes  
o uirtutes: ab his uirtutibus.

Numeri singularis. Hoc pectus: huius pectoris: huic pecto-  
ri: hoc pectus: o pectus: ab hoc pectore. Numeri pluralis.  
hęc pectora: horum pectorum: his pectoribus: hęc pecto-  
ra: o pectora: ab his pectoribus.

Numeri singularis. Hic et hęc et hoc audax: huius audacis  
huic audaci: hunc et hanc audacem: et hoc audax: o au-  
dax: ab hoc audace. Nūeri plura. hi et hęc audaces et hęc  
audacia: horū et harū et horū audacium: his audacibus:  
hos et has audaces et hęc audacia: o audaces et o audacia  
ab his audacibus. Nūeri sing. hęc supellex: huius supelle-  
ctilis: huic supellectili: hęc supellectilē: o supellex: ab hac  
supellectile. Nūe. plu. hęc supellectilia harū supellectiliū

his supellectilibus: hæc supellectilia: o supellectilia: ab his supellectilibus.

Numeri sing. Hic et hæc et hoc felix: huius felicis: huic felici: hunc et hanc felicem et hoc felix: o felix: ab hoc et ab hac felice et ab hoc felici.

Numeri plu. Hi et hæ felices et hæc felicia: horum felicium his felicibus: hos et has felices et hæc felicia: o felices et o felicia: ab his felicibus.

Numeri sing. Hic et hæc et hoc præcox: huius præcoci: huic præcoci: hunc et hanc præcocem et hoc præcox: o præcox: ab hoc et ab hac ab hoc præcoce et præcoci.

Numeri pluralis hi et hæ præcoces et hæc præcokia: horum et harum et horum præcocium: his præcociibus: hos et has præcoces et hæc præcokia: o præcoces et o præcokia ab his præcociibus.

Nūeri singularis. Hic et hæc et hoc trux: huius trucis: huic truci: hunc et hanc trucē et hoc trux: o trux: ab hoc et ab hac et ab hoc truce et truci.

Numeri pluralis. Hi et hæ truces et hæc trucia: horū et harum et horum truciū: his truciibus: hos et has truces et hæc trucia: o truces et o trucia: ab his truciibus.

Numeri singularis. hic oedipus: huius oedipodis: huic oedipodi: hūc oedipoda et oedipoden: o oedipus: ab hoc oedipode.

Numeri pluralis. hi oedipodes: horum oedipodū: his oedipodibus: hos oedipodas: o oedipodes: ab his oedipodibus  
Dicimus et hic oedipus oedipi quia apud græcos ε τ ο υ

οἰδῖποδου et hic œdipodes:huius œdipodæ:

Numeri singularis.hæc amathus:huius amathuntis: huic amathunti:hæc amathunta:o amathus:ab hac amathunte.Numeri pluralis hæc amathuntes: harum amathūtum his amathuntibus:has amathuntes:o amathuntes:ab his amathuntibus.

Numeri singularis.Hoc melos:huius melu. Et in multitudine hæc mele.

Numeri singularis.hæc Calliope:huius calliopes:huic calliope:hanc calliopen:o calliope:ab hac calliope.Si multitudo fuerit necessaria et latina et similis poeræ.

Declinata ab amathunte et a cæteris talibus nō seruant .n. ut amathusius:peffimus peffimuntis peffimusius . Opus opuntis opufius.trapezus trapezuntis trapezufius.

Auferendi casus supradiçtæ declinatiōis finit.I.et. E. ut decor et carminis necessitas expetit. Tamē noīa fluminū et mōtium horū et locorum seruāt. I.ut ab hoc tiberi:lyri:o cri:pari:et accusandi duplex ex his:ut hunc tiberim et tiberin:ocrim et ocrin:capym et capyn.

#### De quinta declinatione:

Quinta declinandi ratio.u.finale numero singulari ubique tenuit:ut hoc genu et hoc gelu:pecu.in multitudine mutat uoces ut.

Numeri pluralis. hæc Genua : horum genuum : his genibus et genibus:hæc genua:o genua:ab his genibus et genibus.

#### De sexta declinatione.

Sexta declinandī rātio us finit genitiuo singulari: ut hic uisus: huius uisus.

Numeri singularis. hic Visus: huius uisus: huic uisui : hunc uisum: o uisus: ab hoc uisu. Numeri pluralis. hi uisus: horū uisuum: his uisibus hos uisus: o uisus: ab his uisibus.

In illis uero quæ. t. ante us habēt: duplex cōsuetudo est. ut hic senatus: ornatus: tumultus: huius scatus et senati. tumultus et tumulti: ornatus et ornati.

In hac declinatione sexta datiuus etiā finit. u. ut parce metri: cytheræ: et uenit a genitiuo us. Aliter erat genitiuus uis diuisis syllabis: ut huius senatus uisus. unde fit huic senati uisui.

Noīatiuo sing. Hæc domus: huius domus: huic domui: hæc domum: o domus: ab hac domu.

Numeri pluralis hæ domus: harum domuum: his domibus: has domus: o domus: ab his domibus. Veteres aliter utputa.

Nūeri sing. Hæc domus: huius domi: huic domo: hanc domum: o dome: ab hac domo.

Numeri pluralis. Hæ domi: harum domorum: his domis: has domos: o domi: ab his domis.

Eiusdē duplicis casuū uocis ut. M. Varro adlerit sūt pleræque arbores: laurus: fagus: quercus: ficus: myrtus: cupressus: platanus: alnus: et his additur colus: et cætera illis similia.

Græcæ cōsuetudinis est hæc dido et cætera talia.

Numeri sing. Hæc dido: huius didus et didos: huic dido et didoi: hæc dido: o dido: ab hac dido.

Numero plurali non utimur. Verum et hæc romana fi-  
unt quousque patitur decor: ut fabius de græca declina-  
tione ait: ut hæc dido: huius didōis: sic mātō: Callipso. et  
cætera talia. Cæsar præcipit dicēdū esse calipsonē et dido-  
nē ut indicat tetrastichō in romulo.

Vatibus aufoniis tyriā dat græcia dido.

Ferit didonem romula uox taciti.

At calipsonem latius das inclite cæsar.

Quodque decor patitur quintilianæ iubes.

Sunt quædā noīa cōsuetudine nimis defectiua. ut hūc late-  
rē: ab hoc latere: hāc dicionē: ab hac diciōe: hāc dicā: has  
dicas: huius spōtis: ab hac spōte: hoc tabum: ab hoc tabo:  
huius impetis: ab hoc impete.

Sunt noīa quæ carēt capite: ut huius uicis: necis: obicis: fru-  
gis: uerberis uisceris: additur aliquādo caput: ut Lucretiū  
uiscus.

Quædā declinandi formā mutāt: ut hoc uas: huius uasis:  
hæc uasa uasorū. hoc iugerum: huius iugeri: hæc iugera:  
horū iugerū. forte ab illo auferēdi q̄ ē ab hoc iugere. hoc  
ador adoris: hæc adorea: horū adoreorū.

Obliqui mutātur uelut aliūde procedāt: ut hic anio: huius  
anienis. hoc iecur: huius iecinoris. hoc iter: huius itineris.  
hic iuppiter: huius iouis. hic marspiter: huius martis.

Et in his sua prima uox fuit anīe anienis. iecinor iecinoris:  
itiner itineris. iouis iouis. mars martis. et itē illud cū suis  
usurpatū. anio aniōis. iecur iecoris. iter iteris. iuppiter iup-  
pitris. marspiter marspitrīs.

Sunt quæ trifariam pronunciantur: utputa Gerion geri  
onis:Gerionus gerioni geriones gerionæ.hic alceus:hu  
ius alcei:et hic alceo:huius alceonis.hic œdipus:huius œ  
dipodis uel œdipodos: hic œdipodes:huius œdipodæ  
hic œdipus:huius œdipi. **Q**uædam pari uoce per omnis  
casus declinantur:ut sinapi:gūmi:mancipi:frugi:gerun  
di:nihili.

Masculina sine multitudine puluis:languis:limus:muscus.  
Fœminina sine multitudine: Lux:pax:culpa : eloquentia :  
elegantia : gratia: fortuna : scabies:sanies:secordia : supel  
lex.

Neutralia singularia tantum:uirus:pus:baratrum: baculū :  
crocum:acetum:lac.

Masculina multitudinis:antes:carceres:cancelli:iferi: supi:  
liberi:lares:ludi:loculi:manes:optimates:primores : pro  
ceres:penates:quirites:maiores:posterii:idemque nepotes  
minores:mores:pugillares: natales: genitales: loci mulie  
bres:titienses:rhamnenses:luceres: lemures:sales:pro ur  
banitate.columella: et salibus pro condimento utitur ab  
eo quod est hic sal.P.Scipio neutri generis pronunciauit  
hoc sal:sentes:uepres:fasti fori:in nauibus:circenses: secu  
lares:et cætera talia.

Fœia multitudinis:bladitia: bigæ :quadrigæ:aquæ calidæ  
quæ sextiæ:exequiæ:excubiæ:exquilia:fores:feriæ:gingi  
uæ:induciæ:insidiæ: idus:calendæ:nonæ:illecebræ:manu  
biæ:nuptiæ:nundinæ:nares:nugæ:plagæ:quæ sunt retia:  
primitiæ:phalera:quîsquilia:grates: sarcinæ:præstigiæ:

suppetia: sordes: scopæ: scala: tenebræ: aræ: fruges: inimici  
tia: litteræ: epistola: sortes: preces.

Neutra multitudinis: cete: nenia. arma: moenia: cibaria: cre  
pūdia: intextina: exta interānea: uiscera: iuga montium:  
præcordia: rastra: fori populi ro. ferta bona pro diuitiis  
pascua: incunabula: sponsalia: arteria: lucretii. aliorū sunt  
foeminia: arteria: agonalia: parētia: et cætera talia quæ  
sunt ludorum: ut megalesia: et sacrorum angeronalia.

Sunt masculina quæ transeunt in neutrum: ut hic tartarus  
hæc tartara. hic tenarus hæc tenara. hic targetus hæc tar  
geta. hic ismarus hæc ismara. hic gargarus hæc gargara  
hic menalus hæc menala. hic dindymus hæc dindyma.  
hic massicus hæc massica. hic supparus hæc suppara. hic  
carbafus hæc carbafa. hic sibilus hæc sibila. hic infernus  
hæc inferna. hic auernus hæc auerna. hic locus hæc loca  
et hi loci. hic iocus hæc ioca et hi ioci. hic baltheus hæc  
balthea hi balthei.

Fœcia in neutrum. hæc pergamus hæc pergama. hæc arbutus  
hæc arbura. hæc supellex hæc supellectilia.

Neutra in masculinum. hoc coelum hi coeli. hoc elysium hi  
elisia. hoc argos hi argi. hoc frenum hi feni. hoc porrum  
hi porri. hoc filum hi fili. hoc rastrum hi rastri. hoc capi  
strum hi capistri. hoc clatrum hi clatri. Dicimus etiā fre  
na: fila: rastra: Sūt et duplicis generis sub eadem uoce: ut  
hic et hæc alnus. hic et hæc pampinus. Et ut uarroni pla  
cet pleraque arborum nomina: ut hic uel hæc ficus: cupref

fus: quercus: morus: et cætera talia . Itē hic et hoc uulgus  
et hoc uulgum.

Neutra in foemina . hoc balneum hæ balneæ . hoc epulū  
hæ epulæ . hoc delitium hæ delitiæ . Dicimus: et hæc bal-  
nea .

• Sunt quædā cum duplici capite magnāimus et hic et hæc  
magnanimis . sublimus et hic et hæc sublimis: et cætera ta-  
lia ab animo et quæ desinunt in limus .

Sincerus: hic et hæc sinceris . biuugus: hic et hæc biuugis . in-  
ermus: hic et hæc inermis . eneruus: hic et hæc eneruis . hi-  
larus: hic et hæc hilaris . semisomnus: hic et hæc semisom-  
nis . effrenus: hic et hæc infrenis . procliuus: hic et hæc pro-  
cliuis . acer: hic et hæc acris . alacer: hic et hæc alacris . seque-  
ster: hic et hæc sequestris . equester: hic et hæc equestris .  
sic pedester: campester: siluester .

Sunt quædam duplicis capitis et generis .

Hic tonitrus hoc tonitru . hic penus hoc penu . hæc pecus  
hoc pecu . hæc specus hoc specu . hic gelus hoc gelu . hic  
artus hoc artu . hic amictus hoc amictu . hic cornus hoc  
cornu . hic baculus hoc baculum . hic collus hoc collum .  
hic crocus hoc crocum . hæc intybus hoc intybum . hic ti-  
gnus hoc tignum . hic sinus hoc sinum pro uase . hic  
acinus hoc acinum . hic clypeus hoc clypeum . hic py-  
leus hoc pyleum . hic galerus hoc galerum . hic sex-  
terius hoc sextertiū . hæc cristallus hoc cristallum . hic  
epitaphius hoc epitaphium . hic uulgus hoc uulgum .



hic gibbus hoc gibbum. hic fundus hoc fundum. hic  
curriculum hoc curriculum. hic cōmētarius hoc cōmētariū  
hic tapes hoc tapetum et hoc tapete. hic sanguis hoc san  
guē. hic retis hoc rete. hic panter hæc pantera. hic crater  
hæc cratera. Et quædam alia: hic et hoc guttur: hic et hoc  
iubar.

Analogia oīa uocabula atque nomina: ut prima exigit uox  
perimit: consuetudo aliter usurpauit: multa alia dabit le  
ctio: ideo longior esse nolui.

#### De comparatione.

Collationis gradus sūt tres. primus ut candidus. medius ut  
candidior. sūmus ut cādīdissimus. et hi aliter. simplex cō  
paratiuus: suplatiuus: medius et sūmus fiunt a genitiuo  
singulari simplicis et ubi. s. inuenitur demitur: utrique ad  
iungitur or: et ssumus geminato. s. ut candidus candidi  
or et cādīdissimus. utilis utilior utilissimus. uerū i quibus  
dam uocibus magi sinualuit consuetudo: ut puta. Bonus  
melior optimus: malus peior pessimus. magnus maior  
maxius. paruus minor minus. multū plus: lucretius par  
uissimū et multesimū protulit. Muificētior et munificē  
tissimus grādiloquētior et grādiloquētissimus. Et cæte  
ra talia non deducūtur ab eo quod ē munificus et grādi  
loquus: sed ab illo munificens et grandiloquens.

Accidentia qualitatis et quantitatis apud romanos colla  
tones admittunt cæteris hoc modo non utimur.

Accidentia quæ habent uocalem ante nouissimā syllabam  
us adsumunt magis: ut pius magis pius. idoneus magis

idoneus: arduus magis arduus: egregius magis egregius  
lucretius egregius neutrale mediū protulit.

Cicero pientissimū non piūssimū dicēdum esse in Anto-  
nium præcipit: et a pronoiē ipso Plautus fecit ipsissimū.

In quibusdam aliquando mediū in superlatiuū non tran-  
sit: ut memorior. senior iunior: adolescentior: obnoxior:  
longinquior: anterior: citerior. Non facile admittitur an-  
timus et citimus. Ditior et ditissimus: ab eo quod est dis  
dit is uenit.

Præpositiones: Citra: ultra: ante: supra: infra: ex se nihil pa-  
riunt: et quæ ab his creduntur aliunde ueniunt ex uetere  
usu. Citerus citerior citimus. ulterus ulterior ultimus. an-  
terus anterior antimus. superus superior supremus. infe-  
rus inferior ifimus. exterus exterior extremus. sumus eti-  
am a supo uenit. Propior sine simplici est et medio. proxi-  
mus ab quo proximior. prior et primus sine simplici sūt.

Inueniuntur et alia quæ puerilis solertia scrutabitur: et eo-  
dem modo in cæteris rebus quæ in præsentia compendii  
causa post habentur: potest et præcipientis cura addere  
et pueri ingenium exercere: quo memoria non ducat ru-  
biginem.

Nomina ipsa distinguntur et sæpe aliqua de causa imponū-  
tur: ut ab eo cui hærebat primus ille Scipio: et a prudētia  
Catus et Cato: a corporis æqualitate Asina. a forma et pro-  
ceritate columella. a leguminibus fabii lentuli pisones ci-  
cerones. ab ore laeca. a calamitate sinistra Scauola. a lam-  
bendis pudibūdis catilina. et alia quæ lectio docebit. Hæc

quacūque de causa antecedunt prænomena quæ aut singulis: aut binis: aut ternis litteris notantur: ut puta .c.d.l. m.q.p.t. Ti.Sp.Cn. Sex. Caius: Decius: Lucius: Marcus: quītus publius: titus: tiberius: spurius: Cneus: Sextus. item et in foeminis. c.l.p.u.cl. Cn. caia: lucia: publica: quita: claudia: Cnea.

**Cognomina** siuē gentilia: ut cornelius: porcius: tullius. Et simul omnia. M. portius: cato: censorinus. p. cor. Scipio: aphricanus. M. Tullius Cicero.

Sunt nomina quæ mente concipiuntur: ut uirtus deus: et mediæ potestatis quæ significant gentem: ut italus græcus. Et patriæ: ut romanus atticus. Et ad aliquid: ut pater frater: magister. et ordinis: ut binus trinus.

Sunt et decliata græcæ formæ quæ dicuntur patronymica maris et foeminæ: et illa desinunt in des hæc in is. et deducuntur ab auis attauis parētibus: frībus: ducibus: cōditoribus urbiū: a flumibus: siluis: mōtibus: et locis aliis: ut puta alcides alcei nepos. priamides priami filius. iliades iliæ filius. Phætontides sorores phætontis. æneades ab duce ænea. romulides a romulo cōditore. acheloids ab acheloo amne. tenarides a tenaro mōte. hercinides ab hercinia silua. coricides nymphæ a corico antro. Fiunt et hoc modo priamus priami priamides. æneas æneæ æneades. Peleus pelei pelides. theseus thesei thesides. cū .I. lōgo: et nestor nestoris nestorides. pauca discrepant: ut anchises anchisæ achisiades. achilles achillis achilleides ab achilleo me

lius. Hippotes hippotæ hippotades. Scipio scipiōis scipia  
des. Deucalion deucaliōis deucalides. Menecius menecii  
meneciades.

Numeri singularis. Hic priamides: huius priamida: huic  
priamida: hunc priamiden: o priamide: ab hoc priami  
de.

Numeri pluralis. hi priamides: horum priamidum et pri  
amidarū: his priamidis: hos priamidas: o priamide: ab  
his priamidis.

Fœminina a maribus ablata de fiūt: ut priamides priamis  
In thesede et similibus interponitur. E. ut theseis thesei  
dos. Ex æneade æneis. ex achilleide achilleis. ex phorco  
phorcinis. ex crati amne cratineis. ex nereco nerine. ex acri  
sio acrisione. ex adrasto adraistine.

Numeri singularis. Hæc priamis: huius priamidis uel pri  
midos: huic priamidi: hanc priamida uel priamidem: o  
priami: ab hac priamide.

Numeri pluralis. hæc priamides: harum priamidum: his  
priamidibus: has priamidas: o priamides: ab his priami  
dibus.

## DE PRONOMINE.

**P**ronomen idem pene ualet quod nomen: sed mi  
nus plene significat.

Pronomini adcidunt sex: genus: numerus: qualitas: figura:  
persona: casus.

Genera pronominū sunt quattuor. mas ut ille. foemina : ut illa. neutrū: ut illud. cōmune duū generū : ut hic et hæc nostras. cōmune triū generum: ut ego et tu.

Numeri duo: singularis et pluralis.

Figuræ duæ: simplex ut ego. composita egomet: tutemet: et in alia uoce: meopte: tuopte: suopte.

Personæ sunt tres. prima ut ego. secunda ut tu. tertia ut ille. Casus totidem quot in nomine.

Noiatiuo nūeri sing: ego: gō meī: dō mihi: actō me: ablatiuo ab me. Noiatiuo nūeri pluralis nos: gō nostrū uel nostri: dō nobis. actō nos: ablatiuo a nobis.

Noiatiuo nūeri singularis tu: gō tui: dō tibi: actō te: uocatiuo o tu: ablatiuo a te. Noiatiuo nūeri pluralis: uos: genitiuo uestrum uel uestri: datiuo uobis: actō uos: uocatio o uos: ablatiuo a uobis.

Gō nūeri singu. et itē plu. fui: dō sibi: actō se: ablatio a se.

Noiatiuo nūeri singularis. ille illa illud: gō illius: dō illi: actō illū illā illud: ablatiuo ab illo ab illa ab illo. Noiatiuo nūeri plu. illi ille illa: gō illorū illarū illorū. dō illis: actō illos illas illa: ablatiuo ab illis.

Sic declinātur iste et ipse: uerū et ipse in neutro habet ipsū.

Noiatiuo nūeri singularis: is ea id: gō eius: dō ei: actō eū eā id: ablatiuo ab eo ab ea ab eo. Noiatiuo nūeri plu. ii eæ ea: gō eorū earū eorū: dō eis: actō eos eas ea: ablatiuo ab eis. Veteres dixerē eabus foemina.

Noiatiuo nūeri sing. hic hæc hoc: gō huius: dō huic. actō hūc hāc hoc: ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc. Noiatiuo

nūeri plu. hi hæ hæc: gto horū harū horū: dtō his: actō  
hos has hæc: ablatiuo ab his.

Noīatiuo nūeri sing. meus mea meū: gto mei meæ mei: dtō  
meo meæ meo: actō meū meā meū: ablatiuo a meo a mea  
a meo. Noīatiuo nūeri plu. mei meæ mea: gto meorū mea  
rū meorū: dtō meis: actō meos meas mea: ablatiuo a meis.  
Sic declinātur tuus suus noster et uester et uocatiuū habēt  
præter suos.

Noīatiuo nūeri singu. hic et hæc nras et hoc nostrate: gto  
huius nostratis: dtō huic nostrati: actō hūc et hāc nostra  
tē et hoc nostrate: uocatiuo o nostras et o nostrate: abla  
tiuo ab hoc et ab hac et ab hoc nostrate. Noīatiuo nu  
meri plu. hi et hæc nostrates et hæc nostratia: gto horū et  
harū et horū nostratiū: dtō his nostratibus: actō hos et  
has nostrates et hæc nratia: uocatiuo o nostrates et o no  
stratia: ablatiuo ab his nostratibus. Sic declinatur ūras.  
Sunt et prouocabula. quæ ideo cū pronoibus miscemus  
quia non sepauimus uocabula a noibus.

Noīatiuo nūeri sing. quis et qui quæ quod: gto cuius: dtō  
cui. actō quē quā quod: ablatiuo a quo et quī a qua et q  
a quo et qui. ¶ Nūeri plu. q quæ quæ: gto quorū qua  
rū quorū: dtō qbus et queis: actō quos quas quæ: ablatio  
ab qbus et queis. Et quæ fiūta qs: ut puta qdā qcūque qf  
que: qspiā: qsnā: qsq: aliqs: neqs: siqs: ut ī gto cuiusdā cu  
iuscūque et ī cæteris calibus: ut supra, uerum adiicitur  
neutrale: qddā: qcquā: qcqd: aliqd: neqd: siqd: ut quod  
dā et qddā: sic ī cæteris. ¶ Itē alia prouocabula: quātus

tantus:qualis:talis:quot quotus:hic et hæc cuius; et hoc  
cuiate:et cuius cuiā cuium:unus:ullus:nullus:solus:alter:  
alius uter:uterque:utrilibet:neuter.totus:nemo unde Ca-  
to protulit neminis.

Noīatiuo nūeri sing. nō unus una unū:gō unius:dō uni  
actō unū unā unū:ablatiuo ab uno ab una ab uno. Nu-  
meri pluralis.noīatiuo uni unā una:gō unorū unarum  
unorū:dō unis:actō unos unās una:ablatio ab unis.

### DE VERBO LIBER. II.

**V**erbū siue uox siue dictio siue locutio significat cum  
tēporibus et modo personis modo non in eo uis lo-  
quendi est:quia sensum aperit. Eius quædam decliata ac-  
cipiūt casus:ut participia et gerundi:quæ ueteres utilita-  
tis studiosi ab ipso uerbo non separauere.

Verborum genera sunt tria.primum cum temporibus et  
personis:ut lego fodio.

Secūdū cum temporibus sine personis.ut legitur foditur.

Tertiū cū tēporibus et casibus: ut legēdi fodiēdi: legēs fodiēs:

Verbo adcedunt octo.natura:coniugatio:tempus personæ  
qualitas:species: Numerus: figura.et in tertio genere ca-  
sus sine personis.

Naturæ sunt quattuor.faciēdi ut lego.patiēdi ut legor.cō-  
munis ut largior.neutralis ut egeo. posteriores fecere qui  
tam naturam quæ dicitur deponens:quod in uoce patien-  
di uim deponat. In principio duæ fuere faciēdi et patien-  
di.Post facta cōmunis inde neutralis.

Coniugationes tres.prima in secunda persona faciēdi. A:

productam habet: ut amo amas. altera. E. ut moneo moneo. tertia diuiditur modo habet. I. breue: ut lego legis modo. I. productum: ut audio audis.

Tempora sunt tria. praeteritum ut amavi. praesens ut amo. futurum ut amabo. et ipsum praeteritum distinguitur: ut minusquam perfectum amabam et plusquam perfectum amaueram et futurum datur exactum amauro.

Personae tres: quia triplex personarum uis est ut sit qui loquatur: et de quo: et ad quem.

Qualitas est informis uerborum: utputa absoluta: ut lego. inchoatiua: ut caleasco: quod significat incipio fieri calidus iteratiua quae ostendit quid saepius fieri: ut Varro scribit et ea duplex in lo et in to: quia ab ultima deducitur uoce gerundi: ut lectito lectitas: et uiso uisis. Et iteratiua alia ab hac ad linguae augmentum: ut curso cursas et cursito cursitas. Quinta forma est tertiae coniugationis producta: ut parturio exurio. Sexta forma dicitur mixta: ut gaudeo gauisus sum. audeo ausus sum. soleo solitus sum: fido factus sum: fido fesus sum. Septima forma faciendi et patiendi uim habet: ut exulo. uapulo: nubo: liceo. liceo uero liceris deponentis naturae est.

Species siue modi declinandi sunt septem. fatendi ut lego: Imperandi ut lege. optandi ut utinam legam. coniungendi ut cum legam. Infinita ut legere. Gerundi ut legendi: et quae dicitur participium: ut legens.

Alius quidam modus est: ut legisne: et fatemur lego.



Nūeri duo singularis et multitudinis: ut lego et legimus.  
Figuræ duæ simplex et composita: ut lego et perlego.

Verba omnia modo fatendi primæ personæ numeri singularis litteris quinque terminantur. I. ut noui: memini: odi cepi: pepigi: M. ut sum et ab eo cōposita .o ut amo lego. R. ut amor legor. T. ut pudet tedit.

Modo fatendi tempore præterito perfecto. Nūeri singularis. ego memini: tu memisti: ille meminuit. Nūeri pluralis. nos memimus: uos memistis: illi meminere et meminere.

Eodē modo tempore præterito plusquāperfecto. Nūeri singularis. ego meminera: tu memineras: ille memierat. Nūeri pluralis. nos memieramus: uos memieratis: illi memierat.

Modo imperatiuo tempore futuro. Nūeri singularis. memento.

Modo optatiuo tempore præterito perfecto. Numeri singularis. utinā ego meminere: utinā tu meminere: utinā ille meminere. Nūeri pluralis. utinā nos meminere: utinā uos meminere: utinā illi meminere.

Eodē modo tempore præterito plusquāperfecto. Nūeri singularis. utinā ego meminera: utinā tu memineras: utinā ille meminera. Nūeri pluralis. utinā nos meminera: utinā uos meminera: utinā illi meminera.

Modo cōiunctiuo tempore præterito perfecto. Nūeri singularis. cū uel si ego meminere: cū uel si tu meminere: cū uel si ille meminere. Numeri pluralis. cū uel si nos meminere: cum uel si uos meminere: cum uel si illi meminere.

Eodē modo tempore præterito plusquāperfecto. Nūeri singularis. cum uel si ego meminere: cum uel si tu meminere:

cū uel si ille meminisset. Numeri pluralis: cū uel si nos meminissimus: cū uel si uos meminissetis: cū uel si illi meminissent.

Eodē modo tēpore futuro. Nūeri singularis: cū uel si ego meminero: cū uel si tu meminueris: cū uel si ille meminuerit. Numeri pluralis: cū uel si nos meminuerimus: cū uel si uos meminueritis: cū uel si illi meminuerint. Modo infinito nūeris et personis confusis tēpore präterito meminisse.

Modo fatendi tēpore præsenti. Nūeri singularis: Ego sum tu es: ille est. Nūeri pluralis: nos sumus: uos estis: illi sūt.

Eodē modo tēpore präterito minusq̄ pfecto. Nūeri singularis: Ego erā: tu eras: ille erat. Nūeri pluralis: nos eramus: uos eratis: illi erant.

Eodē mō tēpore präterito pfecto. Nūeri singularis: Ego fui: tu fuisti: ille fuit. Numeri pluralis: nos fuimus: uos fuistis: illi fuerūt et fuere.

Eodē mō tēpore präterito plusq̄ pfecto. Nūeri singularis: Ego fuerā: tu fueras: ille fuerat. Nūeri pluralis: nos fueramus: uos fueratis: illi fuerant.

Eodē mō tēpore futuro. Nūeri singularis: Ego ero: tu eris: ille erit. Nūeri pluralis: nos erimus: uos eritis: illi erūt.

Modo impatiuo tēpore præsenti. Nūeri singularis ad secundā et tertiā psonā tantū. Esto tu: esto ille. Nūeri pluralis: estote uos: suntō illi.

Modo optatiuo tēpore præsenti. Nūeri singularis: utinam ego sim: utinā tu sis: utinā ille sit. Nūeri pluralis: utinā nos simus: utinā uos sitis: utinā illi sint.

Eodē modo tēpore præterito minusq̄ perfectō. Numeri singularis: utinā ego essem: utinā tu esles: utinā ille esset.

Nūeri pluralis: utinam nos essemus: utinā uos essetis: utinam illi essent.

Eodē modo tēpore præterito pfectō. Nūeri singularis: utinam ego fuerim: utinā tu fueris: utinā ille fuerit. Numeri pluralis: utinā nos fuerimus: utinā uos fueritis: utinam illi fuerint.

Eodē modo tēpore præterito plusq̄ perfectō. Nūeri singularis: utinā ego fuisset: utinā tu fuisses: utinā ille fuisset. Numeri pluralis: utinam nos fuissetis: utinā uos fuissetis: utinam illi fuissent.

Eodē modo tēpore futuro. Numeri singularis: utinam ego sim: utinā tu sis: utinam ille sit. Numeri pluralis: utinā nos simus: utinā uos sitis: utinam illi sint.

Coniunctiuui modi uoces similes sunt opratiui præter q̄ i futuro: et ubi est utinam ponuntur cum uel si.

Eodē modo tpe praeterito minusq̄perfecto.Numeri singularis.utinā ego gauderē:utinā tu gauderes:ūt ille gauderet. Numeri pluralis.utinā nos gauderemus:utinā uos gauderetis:utinam illi gauderent.

Eodē modo tpe praeterito pfecto.Numeri singularis.utinā ego gauisus sim:utinā tu gauisus sis:ūt ille gauisus sit. Numeri pluralis.utinā nos gauisi simus:utinā uos gauisifitis:utinam illi gauisi sint.

Et ulteriore praeterito pfecto.Numeri sing.ūt ego gauisus fuerim:ūt tu gauisus fueris:ūt ille gauisus fuerit.Nūeri plu.ūt nos gauisi fuerimus:ūt uos gauisi fueritis:ūt illi gauisi fuerint. Eodē mō tpe ptō plusquā pfecto. Nūeri sing.ūt ego gauisus eēm.ūt tu gauisus esses.ūt ille gauisus esset. Nūeri plura.ūt nos gauisi essemus:ūt uos gauisi essetis:utinam illi gauisi essent.

Et ulteriore ptō plusquamperfecto.Nu.sing.ūt ego gauisus

fuissem: ut tu gauisus fuisses: ut ille gauisus fuisset. Nu.  
plu. ut nos gauisi fuissetus: ut uos gauisi fuissetis: ut illi  
gauisi fuissent. Eodē modo tpe futuro. Nūeri singu.  
ut ego gaudeā: ut tu gaudeas: ut ille gaudeat. Nu. plu.  
ut nos gaudeamus: ut uos gaudeatis: ut illi gaudeant.

Modo cōiugendi tpe futuro. Nūeri sing. cū uel si gauisus  
ero: cū uel si gauisus eris: cū uel si gauisus erit. Nu. plu.  
cum uel si nos gauisi erimus: cū uel si gauisi eritis: cū uel  
si gauisi erunt. Et ulteriore futuro. Nūeri sing. cū uel  
si gauisus fuero: cū uel si gauisus fueris: cū uel si gauisus  
fuerit. Nūeri pluralis. cū uel si gauisi fuerimus nos: cū  
uel si gauisi fueritis uos: cum uel si illi gauisi fuerint.

Modo infinito tpe præsenti nūeris et psonis cōfusis: gau-  
dere. Eodē mō tpe ptō: gauisū esse. Et ulteriore ptō ga-  
uisū fuisse. Eodē mō tpe futuro: gauisū ire et gauisurū  
esse. Gerūdi uel pticipalia et supina uerba sūt: gaudēdi:  
gaudēdo: gaudēdū: gauisū. Participia ab hoc uerbo neu-  
tro patiēdi nascūtur duo: præsentis tps et futuri: ut gau-  
dēs et gauisurus: appellatio gaudiū.

Sic declinantur audeo: fio: fido: et soleo. nā in specie pfecta  
habēt ausus sum: cuius præsens et futurū optandi est du-  
plex: ut ut audeā et ausim: factus sum: fesus sū: solitus sū:  
ueteres dixerūt solui: ut ait Varro.

Olo uerbum neutrum sic declinatur. Modo fatē  
di tpe præsenti. Nu. sing. uolo ego: tu uis: ille uult.

Numeri pluralis. uolumus nos: uultis uos: uolunt illi.

Eodē mō tpe ptō ininufq̄ pfecto. Nūeri sing. ego uolebā:

tu uolebas: ille uolebat. Nu. plu. nos uolebamus: uos uolebatis: illi uolebāt. Eodē mō ptō pfecto. Nu. sing. ego uolui: tu uoluisti: ille uoluit. Nu. plu. nos uoluimus: uos uoluistis: illi uoluerūt et uoluere. Eodē mō tpe ptō plusquā pfecto. Nu. sing. ego uoluerā: tu uolueras: ille uoluerat. Nu. plu. nos uolueramus: uos uolueratis: illi uoluerāt. Eodē mō siue promissiuo tpe futuro. Nu. sing. ego uolam: tu uoles: ille uolet. Nu. plu. nos uolemus: uos uoletis: illi uolent. Mō imperādi tpe praesenti ad secūdā et tertiā psonā. Nu. sing. fac uelis tu: fac uelit ille. Nu. plu. fac uelitis uos: fac uelit illi. Compositio admittit in praesenti. noli tu: nolite uos. Et in futuro: nolito tu. Modo optādi tpe praesenti. Nu. sing. ūt ego uelī: ūt tu uelis: ūt ille uelit. Nu. plu. ūt uelimus nos: ūt uelitis uos: ūt uelint illi. Eodē modo tpe ptō minusquā pfecto. Nu. sing. ūt ego uellē: ūt tu uelles: ūt ille uellet. Nu. plu. ūt nos uellemus. ūt uos uelletis: ūt illi uellerēt. Eodē mō tpe ptō pfecto. Nu. sing. ūt ego uolueri: ūt uolueris tu: ūt uoluerit ille. Nu. plu. ūt nos uoluerimus. ūt uos uolueritis: ūt illi uoluerit. Eodē mō tpe ptō plusquā pfecto. Nu. sing. ūt ego uoluissē: tu ūt isses: ūt ille issēt. Nu. plu. ūt nos uoluissēmus: ūt uos uoluissetis: ūt illi issēt. Eodē mō tpe futuro. Nu. sing. ūt ego uelī: ūt tu uelis: ūt ille uelit. Nu. plu. ūt nos uelimus: ūt uos uelitis: ūt illi uelint. Modo cōiūgēdi tpe futuro. Nu. sing. cū uel si ego uoluerō cū uel si tu uolueris: cū uel si ille uoluerit. Nu. plu. cum uel si nos uoluerimus: cū uel si uos uolueritis: cū uel si illi

uoluerit. Mō infinito tpe præfeti nūeris et p̄sōis cōfusis uelle. Eodē mō tpe ptō: uoluisse. Participiū præfeti tps tātum: uolens: sic et nollens.

Eo uerbum neutrum sic declinatur. Modo fatendi tēpore præfeti. Numeri sing. ego eo: tu is: ille it. Nu. pluralis: nos imus: uos itis: illi eunt.

Edē mō tpe ptō minusquā perfectō Nu. sing. ego ibam: tu ibas: ille ibat. Nu. plu. nos ibamus: uos ibatis: illi ibant.

Eodē mō tpe ptō perfectō. Nu. sing. ego iui: tu iuisti et iuisti: ille iuit et iit. Nu. plu. nos iuimus: uos iuistis et iistis: illi iuerūt iuere et ierunt.

Eodē modo tpe ptō plusquā perfectō. Nu. sing. ego iuerā: et ierā: tu iueras et ieras: ille iuerat et ierat. Nu. plu. nos iueramus et ieramus: uos iueratis et ieratis: illi iuerāt et ierāt.

Eodē mō siue promissiuo tpe futuro. Nu. sing. ego ibo: tu ibis: ille ibit. Nu. plu. nos ibimus: uos ibitis: illi ibunt. Veteres etiam dixere: iā ies: iiet. Modo imperandi tpe præfeti ad secundam et tertiā personā. I tu: eat ille. Nu. plu. ite uos: eāt illi.

Eodē modo tpe futuro. Nu. sing. ito tu: ito ille. Nu. plu. itote uos: eunto et iunto illi.

Modo optādi tempore præfeti. Numeri singularis. utinā cam ego: utinam eas tu: utinam eat ille. Numeri pluralis: utinā camus nos: utinā eatis uos: utinam illi eant.

Eodem modo tempore præterito minusquā perfectō. Numeri singularis: utinam irem ego: utinā tu ires: utinam iret ille. Numeri pluralis: utinam iremus nos: utinam iretis uos: utinam irent illi.



Eodē modo tempore präterito pfecto. Numeri singularis  
utinā ego iuerim et ierim: utinā tu iueris et ieris: utinam  
ille iuerit et ierit. Numeri plu. utinā nos iuerimus et ie  
rimus: utinā uos iueritis et ieritis: utinā illi iuerit et ierint.

Eodē modo tpe präterito plusq̄ pfecto. Numeri singularis.  
utinam ego iuiffem et iffem: utinā tu iuiffes et iffes: utinā  
ille iuiffet et iffet. Nūeri pluralis. utinā nos iuiffemus  
et iffemus: ut uos iuiffetis et iffetis: ut illi iuiffet et iffent.

Eodē mō tpe futuro. Numeri singularis: utinā ego eam: ut  
tu eas: utinā ille eat. Numeri pluralis. utinā nos eamus  
utinam uos eatis: utinam illi eant.

Modo coniūgendi tpe futuro. Numeri singularis. cum uel  
si iuero et iero: cū uel si iueris et ieris: cum uel si iuerit et ie  
rit. Nu. plu. cū uel si iuerimus et ierimus: cum uel si iue  
ritis et ieritis: cum uel si iuerint et ierint.

Modo īfinito tpe præsenti nūeris et psonis confulis ire. Eo  
dē mō tpe ptō: iuiffisse et iffisse. Eodē mō tpe futuro: itū ire et  
iturū esse. Gerūdi pticipaliaque et supina uerba sūt hæc  
cundi: eūdo: eūdu: itum. pticipale tantū: itu. Participia ab  
hoc uerbo neutro nascūtur: duo: præsentis tpris et futuri  
ut iens huius cūtis: et iturus. Sic declinātur cōposita eiuf  
dē: ut redeo adeo. Edo uerbum faciendi differt a cæteris  
uerbis tertiæ coniugationis correptæ in aliquot uocibus  
ut ego edo: tu es: ille ē: ego comedo tu comes: ille comest.  
Et ī ptō minusq̄ pfecto optandi et cōiūgēdi. utinam ego  
essem: utinam tu esses: utinam ille esset: utinā ego comes  
sem: ut tu comesses: ut ille comesset. Et sic ī multitudine.

In modo imperandi tpe presentis, este comeste, tpe futuro, esto comesto, his uocibus. M. Cato sapennumero utitur, ualeat etiam et in eo analogia. Sunt uerba uocis tertiæ personæ et numeri singularis, ipso tamē significatu numeris et personis confusis quæ sic declinātur.


Modo fatendi tpe presentis penitet. Eodē modo tpe præterito minusquā perfectō: penitebat. Eodē modo tpe præterito plusquā perfectō: penituit. Eodē modo tpe futuro: penitebit.

Modo imperandi tēpore presentis et futuro: peniteat. Modo optandi tpe presentis: utinā peniteat. Eodē modo tēpore præterito plusquā perfectō: utinā peniteret. Eodē modo tēpore præterito plusquā perfectō: utinā penituerit. Eodem modo tpe futuro: utinā peniteat. Modo coniungēdi tpe futuro: cum uel si penituerit. Modo infinito tpe presentis penitere. Eodē modo tpe præterito penituisse.

Sunt uerba quæ ab aliis nascuntur uocis patiēdi etiā numeris ac personis confusis quæ sic declinātur. Modo fatendi tpe presentis: legitur. Eodē modo tpe præterito minusquā perfectō: legebatur. Eodē modo tpe præterito plusquā perfectō: lectum est. Et ulteriore præterito plusquā perfectō: lectum fuit. Eodē modo tpe præterito plusquā perfectō: lectum erat. Et ulteriore præterito plusquā perfectō: lectum fuerat. Eodem modo siue promissiuo: legetur. Modo imperandi tpe presentis et futuro: legatur. Modo optandi tpe presentis: utinā legatur. Eodem modo tpe præterito minusquā plusquā perfectō: legatus est.

cto:utinā legeretur.Eodē modo tpe præterito pfecto:uti  
nam lectum sit.Et ulteriore præterito pfecto:utinam le  
ctum fuerit.Eodem modo tempore præterito plusquam  
perfecto:utinam lectum esset. Et ulteriore præterito plus  
quã pfecto:utinam lectū fuisset .Eodem mō tēpore futu  
ro:utinam lectum erit. Et ulteriore futuro : utinam lectū  
fuerit.Modo ifinito tempore præsentis:legi . Eodem mo  
do tempore præterito:lectum esse. Et ulteriore præterito  
lectum fuisse.Eodem modo tempore futuro:lectum iri.  
Sunt uerba plurimū defectiua:utputa:infit.faxfo faxtis fax  
fit.Salue imperandi et saluete:et modo infinitiuo saluere  
te iubeo.Saluo saluas pro salute danda Seneca usus est.  
Vnde patiendi saluor:et uocabulum saluator: quibus eti  
am in posteriore philosophia plinius utitur.ca do ca dite  
haue hauete haueñ.quæso in præterito quæsi.et prima p  
sona præsentis quæsumus.quæsi utitur Lucretius.

#### DE ADVERBIO.

 Duerbiū sequitur uerbū. nam sine eo sensus pfectus  
non uidetur.Cū dico lego dubiū est: an bene an ppe  
ram:ea de causa hæc pars inuenta cui est addita iteriectio  
nisi quis in numero luxuriari cupit.

Aduerbio accidūt tria:qualitas:significatio:figura. Quali  
tas est qua itelligimus: an aduerbia ab aliis pibus oratio  
nis oriātur. s. noie:pronoie:uerbo: an per se fiant . Ab acci  
dētibus aduerbia fiūt:ut ab docto docte.pauca discrepāt  
et probus ait esse undeci: utputa. duriter a duro : nauiter  
a nauo: largiter a largo: puriter a puro . Et in tus.diuini

tus a diuino:hūanitus ab hūano:publicitus a publico. A quibusdā duplex ē aduerbium:ut leniter et lene:faciliter et facile. In medio collatiōis gradu neutrale trāsit in aduerbiū:ut maius et melius:et alterius forme maiuscule meliuscule. Itē aliter in im:partim a pte: uiritim:regulati: poculati:guttati:gradati:aceruati:furtim:geminati: minutati:scortati:hortati:stillati:sēsim: sigillati: turmatim: tactim a tāgo:tractim a traho:separati a separo. Itē aduerbia esse creduntur cum dicimus. Sum uel es uel ē roma:sacrificor ephesi: gloriator sagunti: studui athēnis pugnaui thebis:moror bonillis: fui gadrianopoli: eo roma:pergo athēnas:decedens cilicia:uenio alexandria. Et cum significamus nos ituros: redeo alexandriā: rus adcedo sic domū atque militiā. Sunt etiā in. u. ut diu. noctu. M. Varro e pronoiibus ita deducit: ille: illic: illuc: illinc: illo: iste: istuc: istinc: isto: hic: haec: hinc: huc: idē ibidē: idētidē: eodē: meus meum: tuus tuum: suus suum: noster nostrum: uester uestrum. Et significant more meo: more tuo: more suo: more nostro: more uestro: haec uoluit esse tātū sedecim Varro: probus alia adiecit. Ex pro uocabulis. quo: qua: quomodo: quicque: quoque: quodā: quadā: uspiā: usquam: aliquo: alicubi: qualiter. Significatio est qua qui uerba ualeat accipimus: ut puta. Tēporis. modo. heri. hodie. nup. nūc. pridie. olim. cras. statim. Loci. itus. foris: itro. foras. idē. aliūde. aliō. Et quae e pronoiibus nascūtur. ille. iste. hic. is. idē. Nūeri. semel. bis. ter. Et cetera talia. Adnuētis. sane. Hortātis. cia. age. agite.

Ordinis: deinde: deinceps: prius: denique: primo: ante.  
 Interrogantis: Cur: quare: quid: itane: nempe: nonne: quam  
 obrem: utrū. Irascentis. ue. Inuocātis. Heus: eueo: o  
 Prohibētis. Ne. Adfirmantis. Næ. Separātis. Seor  
 sum: segregatim: semote. Euenti. forte: fortuitu. Qua  
 litatis. bene: male pulchre: sapiēter. Quantitatis. Nimie  
 nimium: plus: maius: multū: tantū: tātillū: satis: parump.  
 Collationis. Magis: melius: fortius: potius: plus. Et subiūgi  
 tur quam uel intelligitur. Iurātis. hercule: mehercule.  
 mehercules. a quibusdam. pol: adepol: perpol: castor: di  
 uffidius: mediuffidius. Negātis. Non: haud: nequaquā  
 minime. Demonstrantis. en: ecce: eccum. Oprantis:  
 utinam: o: osi: quid si: si: fifi. Exclamantis attractiōis est  
 ut pro: iuppiter: pro iuppiter: o tēpora: o mores. Simili  
 tudinis: quasi: ceu: itaque: perinde: ac: ac si: ut: item: uelut:  
 ueluti: tanquā: sic: quēadmodum. Dubitantis. forsam:  
 fortasse. fortassis. an uerū. Respōdētis. hei heu. Comu  
 nicantis. pariter. una. simul. Optionis. potius. immo.  
 Personalis. meatim: uatim.

Sunt aduerbia quæ cum unum significēt dupliciter efferū  
 tur. ut num. nunc. ut. uri. quomodo. aliquō. ibi. ibidē. illo.  
 illuc. prorsus. prorsum. forte. fortasse. fortassis. forsan. for  
 sitan. tum. tunc. sicut. sicuti. rursus. rursum.

Sunt aduerbia quæ sibi respondēt: ut tum. cum. quidam cō  
 iunctiōni adscribunt et aiunt tum esse inchoati: cum uero  
 rei pfecte: ut etiam tam et quam. Sodes a quibusdam di  
 citur aduerbiū precatōis. a quibusdā nomē ad aliquid.

Sunt aduerbia in o: tertio: subito: consulto: matutino: continuo: tripartito: gratuito: perpetuo: necessario: fortuito: opinato. Et cetera talia: et alia in am. nequaquam: nequicquam: bifariam: trifariam: quadrifariam: ab nequam appellatioe. nequiter. Item alia in us: ut fuditus: radicitus: nudius tertius: coelitus: stirpitus: eminus: cominus.

Sunt aduerbia quae habent similitudinē cum aliis partibus orationis: ut cum uocabulo: subite: docte. Cum prouocabulo. quo: qui: qua. Cum pronome. haec: hac. Cum uerbo. age: agite: pone. Cum coniunctioe. quare: si: quam obrem: quando: ue: cum. Cum praepositionibus. praeter: ante: post: pra: contra: propter: circa: circum: subter: iuxta: coram: palam: prope: super: pene: usque.

Sunt aduerbia in I. quae uidentur uocabula esse: ut uesper: receptui: ostentui: motui: usui: iure: iniuria. Et alia apprimē ad faim. iunguntur cum praepositionibus: ut de post: de repente: pro porro: ab hinc: ab usque.

Attractio in aduerbiis cum adfectu. Quando aliquid fit quod probamus et dicimus. a bene omnia: a prudenter omnia. Quando admiramur. oe ridiculum caput. oe impudenter hominem. eo quid. Quando improbamus. heu indignum facinus. o crimen non auditum. Adseueratio quando adnuimus aliquid iuste ac pie factum dicimus fas. quando negamus dicimus nefas. Adseueratio et attractio simul. pro nefas pro superi. pro iuppiter. Interiectio in aduerbiis: ut puta dolentis. heu: heu: heu: hue. Lametandi. aa: arat. Admirandi. labe: pape. Bacchantis. iho: iho.

Arridentis.ah:aha:hahaha Hortantis.iage:iaie.  
 Laudantis.euge:e. Vitantis.apage. Vocantis.co:o:  
 eo. Ironice.Hui.a. Recordantis.em:e. Silentium  
 iniūgendi.ist:staa. Prohibendi.ha.ha.aai. Conque  
 rendi cum dolore.ai:a. Gementis.uou:uae. Refici  
 endi.Euan. Irridendi.bon:batt:babo. Veteres scri  
 bunt:cum hæ particulæ et similes suspiranter et motu a  
 nimi enuntiantur ad interiectionem pertinere: quæ pars  
 aduerbiorum est. Cum sine adfectu qui παθος dicitur  
 proferuntur:aduerbium sibi uindicat. Quidam pro in  
 teriectione attractionē et adseuerationem posuere: quod  
 altera pars attrahit altera adseuerat. Nostra cum non in  
 terfit in pluribus romani sermōnis luxuriari membris cū  
 aduerbio uagare permisimus.

### DE CONIUNCTIONE.

c Oniūctio quæ et uinculū siue copula dicitur est quæ  
 necit ordinatque sententiam.

Coniunctioni adcedunt tria. species: ordo: figura. Species  
 uim ostendit: cuius partes sunt quinque. prima cōiungit  
 ut puta. que: atque: at: ac.

Altera disiungit et segregat. aut ne: an: ue: uel: neque. Ter  
 tia explet: ut quidem: equidem: tum: porro: quoque: autē:  
 nimirum: ideo: igitur: saltem. Equis aliqua aduerbia esse  
 putantur.

Quarta causalis et ut ait Probus quattuor: et. xx. habet par  
 tículas equis sunt simplices. vii. si: num: nam: quādo: quī

feu: sed. Decem et septem compositæ. si si: et si: si tum: si qui  
dem: etiam si: quandoquidem: siue: præterea: sin etiam:  
quatinus: nisi: tam et si: namque: quoniam: quin etiam: et  
enim: enim uero. additur et quam.

Quinta rationalis: ut probo uidetur tris et. xx. habet parti  
culas: equis sunt simplices sex. ut cæterum: item: ita: quip  
pe: enim uero. Additur his et ergo: compositæ. xiiii. præ  
sertim: itaque: quia: quapropter: at qui: alioqui: ideo quo  
niam: quâquam: quamuis: et licet: propterea: quoniâ qui  
dem: scilicet: quamobrem.

Probus. .iii. coniunctiones esse et causalis et rationalis spe  
ciei. enim et enim: enim uero.

Sunt qui figurate legunt sine: et putant rationalis speciei.  
quod minime Probo placet.

Rationales dicuntur quod re propositâ ratione cõfirmât  
utputa. lucet igitur dies est.

Sunt et aliæ inferendi coniunctiones: ut quamquam: quo  
minus: et si: tam et si.

Aliæ referendi: ut magis: potius: immo: tamquam. Plinius  
secundus inferendi appellat illatiuas et referendi relati  
uas.

Et alia quæ sũt modi fatendi. utputa: dum: quamquam: an  
tequam: postquam: quatenus. Et oprandi ut utinam: ne:  
Et coniungendi: tam et si: donicum: donec: quamuis: licet:  
dummodo: postquam: priusquam.

Ordo est quo præponuntur et postponuntur coniu  
ctiones. præponuntur octo. ac: at: ast: sine: feu:



uel: sin: aut. Subiiciuntur sex. neque: autem: enim: ue: que:  
quoque. cetera ut libet ponuntur.

### DE PRAEPOSITIONE.

**P**raepositio dicta: quia praepositur siue casum habeat  
siue componatur: ut ad illum eo et adeo. interdū sub  
iicitur ornatus causa: ut tecum: mecum: italiam usque: cru  
rum tenus.

Praepositionis inseparabilia sunt duo. species et uis. Species  
in quattuor partis distributa ē. prima seruit loquelis: ut di  
diduco. dis disūgo. re reiicio. se secedo. am amnuo. com  
comparo. Secunda seruit accusandi casui cuius sunt  
xxx. ut ad: apud: ante: aduersum: aduersus: cis: citra: circū:  
circa: contra: erga: contra: iter: intra: extra: iuxta: ob: penes:  
per: prope: propter: praeter: post: pone: secundum: ultra: us  
que: trans: supra: secus: circiter.

Tertia species seruit auferendi cuius sunt. a: ab: abs: absque  
cum: coram: pro: cum: clam: de: e: ex: pra: palam: sine.

Tenus iūgitur et auferendi et gignendi: ut Lucretius labro  
rū tenus interea perpotet amarū absynthi: laticem.

Quarta species accusandi et auferendi subministrat: ut in:  
sub: super: subter. Vis est: qua praepositiones ualent: ut a  
pud forum et coram praetore.

### LIBER QVARTVS.

**M** Omina iunguntur cum uocabulis gignendi: ut. T. li  
uius lactea eloquentia. P. scipio romana uirtutis. L.  
asinius mira iucunditatis. Et uocabula cū uocabulis. Imi  
tator uetustatis Maro. eloqui Ro. princeps Cicero. Rex

asix Mitridates. plenus fati. diues agri. rapax pecunia. cupidus lucri. studiosus poetarū. Egenus rerū. indigus opū. praescius. scius. conscius futurorum. gnarus uirtutis. particeps ipii. certus fati. Mille et duo milia nūmū. sciēs belli. Exercitus et expertus militiae praefectus urbi et urbis.

Noīa facta uocabula cū noībus: ut Brutus Cicerōis: Lælius cicerōis: Eneas uirgilii. Mecenas maronis: Atticus asinii. Et cetera talia. Noīa siue uocabula cum dtō. Vtilis mihi. grauis illi. commodus urbi. iucundus omnibus. Itemque liberalis: idoneus: carus: pius: acerbus: pestifer: intentus: inimicus: inuidus: maliuolus: par: proximus: aptus.

Nomina siue uocabula cum accusatiuo. perofus lucem. exofus bella. tortus comā. ruber uultum. septus crinem collarum: et hæc eadem cum auferendi: ut flauus crinem et crine.

Nomina siue uocabula cum ablatiui. secundus ab rege. matius uirtute. insignis fama et egregius. Itemque uehemēs gloriosus. conspicuus: contentus: orbis: incensus: uictus: adfectus: fatigatus: infirmus: alienus: dignus: opus hac re. Opus illam rem dixere ueteres: et opus huius rei.

Et nomina et uocabula: ut Pompeio consule. cæsare dictatore. Rege Numa.

Verba omnia cum nominatiui iunguntur præter ea quæ cōfusus numeros atque personas habēt: ut sum pius. fio prudens. sedeo hilaris. dominor libens. seruiuo inuitus. Ex illo priore dicimus. sum tibi cure. et ex sequenti. fio ab illo diues. Et sic utimur auferendi quotiēs aliunde si significa-

mus res procedere: ut emi a te librum. oritur e monte fons  
incedo honestus. ambulo sapiens. dormio securus.

Verba faciendi cum genitiuo et accusatiuo. damno te scele-  
ris. arguo te criminis. astitimo parui. Item reprehendo. in  
crepo: accuso: existimo censeo. moneo illum huius rei.

Sunt quaedam uoces quæ per gignendi casum proferuntur  
ut quanti: tanti: tantidem: plurimi: minimi: pluris: mino-  
ris: parui: magni. Emo et uendo his genitiuis iunguntur  
licet Seneca ait. magno emisse neutralia: ut tanti illum fa-  
cio. Et simpliciter cum genitiuo: egeo: indigeo: abundo:  
Deponentia: obliuiscor: misereor: reminiscor: discrucior:  
recordor. Ex his cum accusandi etiam casu: obliuiscor: re-  
miniscor: recordor.

Et cum auferendi: discrucior aī et aīmo cum dō: misereor tui et  
tibi. Et itē illa quæ sūt confusis nūeris et personis in uoce  
faciendi cum genitiuo et accusatiuo: penitet: tēdet: mise-  
ret: piget: pudet. Et cum genitiuo tantum: interest: refert  
Et ambo cum auferendi pronominum: ut mea interest:  
tua: sua: nostra: uestra. Et mea ipsius interest.

Verba faciendi cum datiuo et accusatiuo: ut præfero rebus  
omnibus litteras: pono: præpono: antepono: fero: antefe-  
ro: propero: rapio: surripio: euello: eruo: adsido: illudo: ad-  
uerto: duco: dico: rependo: præuideo: consulo: extorqueo:  
iudico: seruo: mitto subiicio: acquiro: do: præbeo: tribuo: i-  
pendo: exhibeo: impero: præsto: mando: præcipio: iduo mi-  
hi uestem et induo me uestem. Dono tibi munus et do-  
no illum munere. prohibeo tibi hanc rem: prohibeo te ab

hac re. Et cū datiuo tantū: i pono tibi id est decipio te. pro  
uideo mihi: idemque ualet prospicio et consulo. unde cō  
sul deducitur. consulo illum de uirtute scilicet consilium  
accipio. Et in alio significato. consulo tibi consiliū do. sol  
uo tibi nūmos: et aliter ualet. soluo te uinculis. rogo tibi  
hanc rem: et rogo te hanc rem. exuo tibi uestem. exuo te  
uestem. exuo te uestibus. Neutralia cum datiuo. noceo ti  
bi. Cato per uim faciēdi protulit: ut fruges a frigore noce  
būtur. et columella utitur. metuo illi malū: sic et timeo. in  
uideo tibi litteras. studeo libris: ueteres dixere libros. ob  
strepo tibi tātū. et itē supplico: adsum: adsideo: seruiio obe  
dio: obtēpero: placeo: parento: acquiesco: adcedo: adsen  
tio. L. Sifēna dixit adsentior: accurro: succurro: obuiā eo:  
obuiam fio. Salustius dixit obuiatum est. A quibusdam  
neutralia existimantur prouideo et consulo. sed alteri re  
pugnat Ouidii carmē: consulitur phebus: et dicimus cum  
genitiuo. oro boni consulas id est prouideas.

Deponentia cum datiuo. medeor illi: conuicior: gratulor:  
peruaricor: patrocinator: ancillor: amicor: blandior: domi  
nor: adulator. Pacuius dixit nostrum adulat sanguinem.  
Et Cicero dominor natura patiendi protulit: luctor: ser  
mocinator: altercor: insidior: opitulor. Et quæ sūt nūeris et  
p sonis cōfusis: placet: liber: attinet: liquet: p tinet: accidit:  
cōuēit: cōrigit: licet. quæ pro arbitrio scribētis trāseūt ī ite  
gra. Verba faciēdi cū actō oia: ut rideo: fastidio: Neutra  
lia huic obliquo iūcta sapiūt naturā faciēdi: propterea  
nō facile dignoscūt: ut aro: pulso: cano obiurgo: aduerto:

semino:curro cursum:nauigo equor:uigilo noctem. dor  
mio hiemē.uolo aerē.trāseo flumē . Et patiēdi fiūt in ter  
tiis p̄sōis.cāpus curritur.nauigatur equor.uigilatur nox.  
aer uolatur. Tota mihi dormitur hiemps. transitur tibe  
ris. Et quæ non transeunt. uiuo uitam. seruiio seruitutem  
Et non contra. obiurgo illi et illum. aduerto tibi et te.

**D**eponētia cum accusatiuo:populor:predor:enitor:uenor:  
metior:aspornor:arbitror:ordior:ineditor:adipiscor:ue  
reor:nanciscor:iaculor:polliceor:comitor.molior:patior  
opperior:mereor:miseror:piclitor:meditor:dignor:imi  
tor:alloquor:emulor:liceor codicein deci.asse. Vtor hęc  
rem et illa re:sic abutor et fūgor et fruor: et pro obligare:  
liuius decem uadibus uadatus est reum. et uador illum. lo  
quor magna. Itemque. sequor: paciscor:egredior:ingre  
dior:adorior:restor:obtestor: conspicio: suspicio:miror:  
sector:contemplor:tueor:aucupor:tuor:piscor:opinor:ul  
ciscor:cōtemplor:precor. Et cōmunia uerba oīa quæ sūt  
amplector:criminor:moror:osculor:largior:hortor:ue  
neror:hospitor:interpretor. Et ab his cōposita. Dignor il  
lū magistratu:confiteor iudici mandata. restor tibi mētē.  
Stipulor deliquētem. i. interrogo: et stipulor a censore .i.  
iterogor. Aliquando stipulari est spondere. Veritus sū ra  
ro in patiendi natura cū duplici actō faciēdi uerba. flagi  
to rogo. doceo:posco:peto:celo:uestio:exuo:cigo:mōeo:  
spolio:induo. Et ab his composita. doceo te litteras et de  
litteris. Quæ sūt nūeris et p̄sonis cōfufis cū actō: iuuat:  
deceat:delectat. Et hęc trāseūt in integra. Et quod nūquā

transit oportet.

Verba faciēdi neutralia et deponētia cū ablatiuo . honoro  
illū digitate. hōesto opibus. hōero fructibus. ifignio. pri  
uo: rēpero: obeso: opulēto: opimo: sagino: pulmēto: ibuo:  
afficio: placo deos ture. sacrifico: orbo. r̄dolet potus neſta  
re. redolēt mella tymo. Valerius Flacchus redolētem ne  
ctare rorē. Virgilius. redolētque tymo fragrātia mella :  
careo: idigeo: egeo: uulgus abhorret ab hac rōne. nō hāc  
rōnē: audio: accipio: cædo: discrepo: letor laude: desisto:  
uescor cibo: dissentior: glorior uictoria: cōfligo cū hoste  
et manus confero: pugno. luctor: et nitor hasta: mutuor:  
ut luna mutuatur lumē a sole. Et alterius uocis ac nature  
mutuo do: mutuo das: mutuo dat. et sic mutuo accipio:  
cōtēdo. male mereor et benemereor de illo. Demereor of  
ficio aicū. Quintilianus pleniori oblego demereor amā  
tissimos mei: hoc ē bene mereor de amatissimis meis: ue  
neo. P edianus. alii bona femūcia uenierūt. Oleo unguē  
tū et unguēto. timeo tibi et de te. uapulo ab illo. exulo pa  
tria. nubit pōponia scipioni melius q̄ si dixeris a scipiōe.  
Maret magno stipēdio nunc miles. Līa nullo merent  
lucro: et mereor stipēdia: pasco oculos pictura. Verba  
patiēdi ablatiuū cū prapositionē adicipiūt: ut liber legitur  
a me. Sunt quādā uerba uoce neutralia sēsū patiēdi et  
ablatiuo iūgūtur et simpliciter pronūciātur: ut gaudeo:  
caleo caleſco: tepeo tepesco: ardeo ardesco: frigeo frige  
ſco: turgeo turgesco: rigeo rigesco: flauco flauesco: pal  
leo palleſco. Et cætera talia quæ principiū affectus signi

ficant: ut fio calidus. initium ibi est. ex his ardeo et palleo  
possunt accipere accusandi casum: ut palleo morbum: et ardeo  
puellam. penderque ab amore. Sunt uerba quae per se ponuntur  
in tertia persona: ut pluit: tonat: grandinat: fulminat:  
coruscat: fulgurat: scintillat. Adcipiunt et nominatiuum: ut plu-  
it lapis: sanguis: et ablatiuum pluit lapidibus et sanguine.  
sic pluit gradum et gradine. Et in altera significatione ful-  
minat aper. Nominata siue uocabula cum uerbo cõtetus sum  
raucus sum. fictus sum. ortus sum. Gerundi et participia casus ac-  
cipiunt uerborum unde nascuntur: ut legens uolumen. legen-  
di uolumen. Et futurum modi infiniti id etiam sequitur quod  
indefinitum est uerbum: ut credo uos uolumen lecturum. Et  
credo uos lectum ire: et a uobis lectum iri. Medius col-  
lationis gradus iungitur cum ablatiuo singularis numeri  
et multitudinis. ut fortior achille hector: et achilles forti-  
or troianis. ueteres etiam dixerunt de multitudine gentis suae  
ut fortior troianis Hector. pro quo recens consuetudo ac-  
cipit tertium gradum cum genitio quod dicitur supremus: et superlati-  
uus ut fortissimus troianorum hector et graecorum achilles:  
ueteres mihi uidetur hac uoce non significatione uariasse  
et alius est loquendi modus ut non legi doctior hominem  
quam Varronem et quam Varro est. utrique additur casus sui sim-  
plicis: ut prope urbem cum dicimus: non omittimus propius  
urbem et proxime urbem. et illud consultissimus plebis tro-  
iane aeneas: et eius gentis pugnacissimus hector. Seneca  
de puerorum prima exercitatione sic ait. Facilius enim insidunt  
singula circumscrippta et carminis modo inclusa: ideo pueris et

ſerētias edificēdas damus: et has quas grāci chrias uocāt  
q̄a cōplecti illas puerilis animus pōt: q̄ adhuc nō capit cer  
ti fructus uim. Sūt hi flosculi qui primordia dicendi īsti  
tuunt: et blande prācedūt eloquētiā futurā. Sentētia  
est uox uniuersalis et breue dictū alicuius: quo intelli  
mus quod imitādū quodque uitādū in uita cupimus et  
pronūtiamus sine mētione eius p̄sonæ qui dixerit. Et ali  
ter. Sentētia est breuis sermo hortās et dehortās: ut fa  
cere et pati fortia romanū est. Et liberi hoīs est sine uolu  
prate uita. Noīatiuo nūeri sing. hic liber hō ē: qui sine  
uoluptate uiuit. grō liberi hoīs est sine uoluptate uiuere:  
dtō libero: hōi cōuenit sine uoluptate uiuere. actō liberū  
hoīem eē existimo q̄ sine uoluptate uiuit. uocatiuo o liber  
hō es si sine uoluptate uiuis. ablatiuo ab libero hoīe pro  
cedit sine uoluptate uiuere. Nūeri plu. Noīatiuo libe  
ri hoīes sūt q̄ sine uoluptate uiuūt. grō liberorū hoīum  
uirtus est sine uoluptate uiuere. dtō liberis hoībus adscri  
bitur sine uoluptate uiuere. actō liberos hoīes esse cense  
mus q̄ sine uoluptate uiuunt. uocatiuo o uos hoīes liberi  
estis q̄ sine uoluptate uiuītis. ablatiuo ab liberis hoībus  
exēplū ducitur sine uoluptate uiuere. Chria ē usus di  
ctorū aut factorū q̄ traditur notitiæ et exercitatiōis cā in  
ludis līariis. Sumūt pulchra dictorū aut factorū exēpla  
et danī edificēda pueris. Aliē. Chria est breue dictū quod  
ad p̄sonā r̄ferē. unde pueris urilitas manat et iō nomē for  
tita ē chria. genera eius plura sūt. unū ut dixit ille aut dice  
re solebat. Alterū in respōdēdo ut interrogatus diogenes



cur die accēsam lucernam ferret:respondit . Inquiro ho  
minē.et idem interrogatus de pueri ebrietate respondit il  
lum a patre ebrio genitum esse. Tertium est in factis : ut  
Crates cū indoctum puerū uidisset pedagogū percussit.  
Quartū pene huic par:ut milo cū consueuerit uitulū fer  
re taurum tulit. Item igitur dixit Cato.litterarū radices a  
maras esse:fructus iucundiores.Dixit Virgilius. Degene  
res animos arguit. Et dicere solebat .M. Cato leges esse  
neruos ciuitatis.Demosthenes orator interrogatus unde  
tantū eloquētie habuisset respondit.plus olei consumpsi  
q̄ uini.Et.M. dicere solebat.Cura cibi magna uirtutis in  
curia. Noīatiuo numeri singularis.hic Iugurta:dixit  
omnia romæ uenalia esse.grō huius iugurte :dictū fertur  
omnia romæ uenalia esse. dtō huic iugurte:protulisse li  
buit omnia romæ uenalia esse.actō hūc iugurtam dixisse  
memorant omnia romæ uenalia esse.uocatiuo o iugurta  
ex animo dixisti omnia romæ uenalia esse.ablatiuo ab iu  
gurta:dictū scio omnia romæ uenalia esse. Noīatiuo  
numeri pluralis iugurte:dicere soliti sūt omnia romæ ue  
nalia esse.grō iugurtarū sermo fertur omnia romæ uena  
lia esse.dtō iugurtis:ex aīo dictū attribuerit oīa romæ ue  
nalia esse.actō iugurtas:professos aiunt oīa romæ uenalia  
esse.uocatiuo o iugurte:uestrū fuit dicere oīa romæ uena  
lia esse.ablatiuo a iugurtis:illud manauit oīa romæ uena  
lia eē. Eriologia ē rō causæ in exēplo psonarū cū pro  
pōitur uita alicuius:ut licet regnādi cā uiolare ius. Quia  
idē fecit cæsar:et licet abstinē a libidie q̄a idē fecit scipio.

Noīatiuo numeri ſing. hic. **M.** furius Camillus conſtantia  
ictus fortunæ uicit: et ego ſic ferēdo uincā. **gō** huius. **M.**  
furii camilli cōſtantix fortuna fugit morā. Et ſic mei ipſi  
us par laus erit. **dtō.** **M.** furio camillo fortiter ferēdo cel-  
ſit fortuna: et mihi perſeueranti cedit. **actō.** **M.** furium ca-  
millū fortiter ferētē fortuna metuit. Et in e non minus ti-  
mebit. uocatiuo o. **M.** furi camille conſtantia fortunam  
domuiſti. ablatiuo a. **M.** furio camillo fortiter ferēdo for-  
tuna exuperata traditur: et eodem modo a me uincetur.  
Noīatiuo numeri pluralis. **M.** furii camilli fortiter aduer-  
ſa ferendo uicerūt fortunā: et nos ſimiliter faciemus.  
**gō.** **M.** furiorū camillorū fortis animus reppulit fortu-  
nā: et noſtri facinus idem erit. **dtō.** **M.** furiis camillis con-  
ſtanter ferētibus: fortuna locū dedit nobis conſtantibus  
idē eueniet. **actō.** **M.** furios camillos fortiter ferendo hor-  
ruit fortuna. Et nos etiā refugiet. uocatiuo o. **M.** furii ca-  
milli fortiter ferendo fortunā uiciſtis. ablatiuo a. **M.** fu-  
riis camillis fortiter ferentibus: fortuna domita eſt: a no-  
bis ſimiliter uincetur. Vicia oris et linguæ non poſſūt  
niſi ſono demonſtrari: et in ſingulis litteris uiciū eē pōt  
ut cū **qs.** **I.** craffe pronūtiarit Iotaciſmū facit. cū uero. **L.**  
labdacifiſmū. cū uero. **M.** metaciſmū: iſchnoteſia a uocis  
gracilitate: platiſmos eſt a uocis nimio hiatu. Ciloſto-  
mia quādo in ſūmis labiis uox ſcinditur. Barbariſmus  
in loquēdo et ſcribendo uitiū eſt cū quis uel pronūtiarit  
uel inſolenter ſcripſerit. Eiufdē uitiū reus eſt ſi quādo ali-  
**qs** minaciter aut crudeliter fecerit. nā crudele barbarum

dicimus. Ea uox ante diui aug. ætatem non fuit.

Solecismus est uicium in oratione. et dicitur a solis urbe ciuitiæ quæ pompeiopoli inde est appellata: quod eius incolæ atheniensibus uiciose loqui uisi sunt.

Laus est in una quæ dicitur orthopeia quæ est emēdata cū suauitate uocum explanatio.

Paraphrasis est interpretatio nō tantū mutato sensu: quādo id quod alii scripsere nos scribere conamur: aut compendiosius: aut copiosius: aut ornatius. Quintilianus libro. x. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum uolo: sed circa eodē sensus certamē atque emulationem: quæ uel sola pueros ad aliquod dicendi genus perducit. et præsertim quæ fit carminibus uertendis. Itaque nihil utilius quā paraphrasticos facere.

Iamque petit finem pueris sacer iste libellus.

Cum sit pro pueris tam breuis esse cupit.

Vna manus capiet totum puerilis: habebit

Ipse tener nullum per graue pondus hylas.

Habes suauissime Ranali quæ pro erudiēdis pueris usque ad carmina et eloquētiā necessaria te poscente uisa sunt: in quo sū opere mihi placuī quod sine palæstra transégi: neque ius boni: neque prudentis hoīs ratio est pueros lucta exercere: prima enī atas sine uiribus illecebras atque blanditias: et iter peruium quarit: utinā assensus adcedat præsertim tuus: pro quo labor susceptus ē: et ad finem perductus. Si uero nimis elegantes aures non probarint: quod copiosius et eruditius effici potuerit. parcant atque igno

scant oro. Cum pueris enim loquor: et si perstiterit: te cl  
peo utar. cui id roganti obsequi quam negare malui. Be  
ne ualeas cum Mariore nostro.

FINIS.

Venetijs Per Baptistam de  
Tortis. M. CCCC. lxxxiii.  
die ultimo Martii.

*fuit grammatica Seno*

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

Handwritten word or phrase, possibly a title or section header, centered on the page.

Handwritten text, possibly a signature or a specific reference, located in the middle section of the page.

